Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quos suspiratis habemus filios ut parentes proximosq; nros. Et cū uenimus
ad ecclesiam non simus occupati fabulis ociosis et nociuis sed pius orationibus intentis cū lacrimis et compunctione cordis petamus uenia delictorū ad dō. de peccatis indulgentiā. de futuris custodiā. ut in futuro cū angelis et apostolis et martyribus et omnibus sanctis meremur laetitiā sempiternā percipere. SEQVITVR SCA LECTIO. Et surrexit legere. et tradita est illi liber esaye prophete. Ipse nanq; dōs inter homines ministrare non ministrari uenerat. et eius et dei sapientia lectoris officiū suscipere non dedignabatur. Surrexit quoq; legere. ut quos noua signorū operatione non conuertebat. ut per prophetarum adtestatione corrigeret. Et ut euolutis libriū. inuenit locū ubi scriptū erat. Spiritus dni sup me eo quod unxerit me euangelizare pauperibus misit me. predicare captiuis remissionem et cecis uisū. Bene libriū per prophetarum clausū accepit sed reuolutū legit. quia mysteriū incarnationis suae uocem prophetarū perscriptū et prius suscepit exhibendū. et post ad intellegendū mortalibus aperuit. cuius unctio illo expleta est tempore quando baptizatus est in iordane. et spiritus sanctus in specie columbae descendit super eū. et mansit in illo. Hunc ergo est igitur oleo spiritali et uirtute caelesti. ut paupertate conditionis humanae thesauro diuinitatis reficeret aeterno. captiuitatem qua diabolus humanas mentes captiuare in uanas errores nititur auferre cecitatem cordis illuminare. et incredulos ad credulitatem conuertere. beati inquiens pauperes. quia urs est regnum dei. ITITERV. Si uos filius liberauit. uere liberati estis. ITITERV. Qui sequitur me non abulat in tenebris. sed habebit lumen uitae aeternae. SEQVITVR.
Dimittere confractos in remissionem predicare annum dni acceptum. et die retributionis. id est qui uincti sunt laqueis diaboli propter peccata. sed in confessione et penitentia tribulati sunt corde. et humiles spiritu. gementes mala sua. his venit xpe remissionem et libertatem uinctis